

Sciant omnes sancte Matris Ecclesie filii presentes et futuri quod ego Henricus Walkelin consensu et assensu uxoris mee et heredum meorum
dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi deo et beate Marie et Monachis de Bord' in liberam puram et perpetuam
elemosinam tres acras terre de dominico meo in Grossomonte quarum una iacet inter terram Walteri Clerici et longam gravet et alia
tendit usque ad Walgrave iuxta terram Walteri Hibmens. Tercia iacet vocata Hecholdi greveld. Totam itaque predictam terram
infra predictos terminos dedi predictis monachis tenendam et habendam de me et heredibus meis libere et quiete ab omni exactione et
demanda que ad dominum pertinet vel pertinere potest et absque omni servicio seculari. Et ego et heredes mei totam
predictam terram cum omnibus pertinentiis et libertatibus et rebus predictis Monachis warantizabimus et adquietabimus contra omnes
homines et feminas. Ita quod quicquid per defectum warantizacionis mee perdiderint de dominico meo in Grossomonte ego
et heredes mei plenarie restituemus. Quod quia ratum et stabile volo permanere presens scriptum sigilli mei impressione
confirmavi. Hiis testibus. Magistro Iohanne de Cauchros. Aufredo presbitero tunc decano. filio Wenst. Waltero Hibmens.
Elphet persona de Bac Reginaldo. Wronu filio Willelmi. Wismero Bedello et multis aliis.